



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Petri Danielis Huetii Demonstratio Evangelica

Huet, Pierre Daniel

Parisiis, 1679

XXIII. Defenditur adversus Casaubonum Lampridii testimonium, de
Templis Jesu Christo ab Hadriano exstructis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-16260

norum causa trahere possumus; id quod jam fecerunt Melito, & Tertullianus, & ex Melit. apud utroque Eusebius; quotquot nefarii & crudelitate insignes fuere Romanorum principes, bellum indixisse Christianis; eosdem foviisse, vel esse certe sivisse, quotquot aequitas sua & probati mores nobilitarunt.

XXIII. Sed revertamus ad Lampridium, quem haud me fugit Casaubono p̄ce nas dedisse, quasi vanis vulgi opinioribus obsecutus Templa Christo destinata fuisse tradiderit, quæ sibi ipse Hadrianus in omnibus civitatibus condere coeparat, & suo nomini consecrare proponuerat, ut haber Spartanum in illius vita. Cogitabat autem, inquit Casaubonus, illuc simulacra mittere Hadrianus, vel præsens ipse consecrare, postquam essent absoluta. Quod cum morte præventus perficere non potuerit, & Tempa compluria manserint imperfecta, multis post hanc ætatem annis vulgo creditum est Templa illa simulacris carentia, Christi Iesu honori ab Hadriano fuisse exstructa. Caussim cur haec in animum suum induceret, & Lampridio contradiceret, non aliam habuit Casaubonus, quam Patrum vetulorum ea de re silentium. Verum Lampridii mentem parum videtur introspexisse vir solers ceteroquin & eruditus: non enim scriptis Historicus Templa illa quæ exstruere coeparat Hadrianus, manifissæ sine numinibus, sed Hadrianum *Templa in omnibus civitatibus sine simulacris fuisse fieri*; quo significatur certum destinatumque fuisse Hadriani consilium, ut Templa Christi exstruerentur, nullis omnino vel exornata, vel exornanda idolis; cum ea quæ sibi, suoque nomini ipse condebat, simulacris insignita essent. Hujusmodi fuit illud, quod Jovi Olympio, ipsique Hadriano Athenis dedicatum, aram habuisse, quam ipse sibi Hadrianus exeret, refert Spartanus. Inerant præterea & plurima spartan. Hadrianus. eis simulacra, ut testatur Pausanias in Atticis. Pergit Lampridius loqui de Templis Christi Iesu ab Hadriano excitatis: *Quæ hodie, inquit, quia non habent numina, dicuntur Hadriani.* A quibus ita dicuntur? Utique ab Ethniciis, qui cum Templis nomina tribuere soleant, à Diis perita, quorum honori consecrata sunt, appellare illa manuerunt de conditoris, quam de famulo inter eos, & invidioso Christi nomine. Addit Lampridius: *Quæ ille ad hoc parasse dicebatur*; ab Ethniciis nimurum dicebatur; nam quis putet Lampridium, hominem itidem Ethnicum, ea de re Christianos consuluisse, fidemve illis tribuisse ullam? Ergo ab Ethniciis accepérat, Hadrianum ad hoc parasse tempa, ut in iis Christus coleretur, verum à Sacerdotibus prohibitum, veritis ne si invalesceret Christiana religio, Ethnica concideret, ab incepto destitisse: quod adversariis nostris attestantibus credendum est. Fallitur præterea Casaubonus, cum scribit jussisse Hadrianum Templa fieri in omnibus civitatibus, suo nomini sine dubio consecranda, testemque citat Spartanum. Narrat enim Spartanus Hadrianum Templa sui nominis consecrasse, non consecranda solum destinasse. Quæ ergo Templa sibi exstruere coeparat Hadrianus, eadem absolverat, & instruxerat simulacris, & suo demum nomini consecraverat. Quæ vero Christo edificari mandaverat, iis simulacra veteruerat inferri, & monitu Sacerdotum imperfecta fere reliquit. Cujus generis fuit Tibériadense, & aliud Alexandrinum, quæ à Judeis in profanos usus conversa fuisse refert Epiphanius. Verum hoc à Jósepho Comite, illud ab Athanasio, repurgata ac perfecta sunt, & Christo non tam tributa, quam restituta. Minime vero jaclandum id & extollendum censuerunt Christiani Scriptores; quod Ethniciis parata esset responsio, Templa quidem Hadrianum Christo exstruere coepisse, verum penitus esse propriae propositi, & mandatum revocasse, proindeque Christo destinata quidem fuisse Templa haec, non dedicata.

Satis igitur luculenter docuisse videor scriptas in Novo Testamento historias ita res gestas narrare, ut narrantur in multis libris coætaneis, vel ætati certe proximis, quæ res gestæ sunt. Hoc si tememus, quod non potest convelli, profecto veraces esse historias in Novo Testamento scriptas necesse est. Quod erat probandum.

Π Ο Ρ Ι Σ Μ Α.

Jesus est Messias.

I. **Q**uod si vera sunt, quæcumque in Novo Testamento scripta extant; si tot miracula patravit Jesus, si tot Prophetias edidit, quæ deinde sunt eventu comprobatae; si ipso deinde rebus terrenis exemo, & in cœlum recepto vim portentificam & prodigalem, sanctumque adeo Spiritum in Discipulos suos immisit; sicuti, dum inter ipsos versaretur, fuerat pollicitus; adeo ut gentium omnium linguis loquerentur, ægros sanarent, mortuos revocarent ad vitam; fatendum omnino est divinum hominem fuisse Jesum, pium ac sanctum, Deo afflatum, Deoque

E iiij

libr. 4. cap. 16.
Tert. Apol. c. 5.
Euseb. Hist.
libr. 1. cap. 5.

Defenditur
adversus Ca-
santorum
Lampridi
testimonium
de templis fe-
su Christo ab
Hadriano
exstruatis.

Spartan. Ha-
dr. cap. 13.

Spartan. Ha-
dr. cap. 13.

Epiphanius, Ebio-
nit. Hær. 10.
c. 12, & Arian.
Hær. 69. cap. 2.